

(1200) 1201, gener, 9

*Arnau Arbert de Medinyà ven a Berenguer de Sitjar un quart del delme de Vilobí pel preu de 2.100 sous.*

ASD núm. 60, perg. orig., 130 x 347 mm.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus Arberti de Midiniano, per me et per omnes <meos> presentes atque futuros uendo tibi Berengario de Ciiario et tuis et cui dare uel dimittere uolueris in perpetuum totum meum quartonem integre totius decime omnium rerum de tota parrochia Sancti Stephani de Uillalbino, sicut melius potest dici uel intelligi ad tuum commodum et utilitatem et tuorum, sic tibi uendo sine omni dolo pro .n. millibus et centum solidos denariorum barchinonensium, quos omnes confiteor a te numerando sic recepisse; redimis illum quartonem decime de mille .c. solidis et modo in presenti tradis mihi mille, et sic sunt .n. mille .c. solidi, et ita bene et obtime recognosco me a te esse paccatum, sic quod nil remanet penes te. Et ego conuenio bona fide ut faciam tibi et tuis deliberare illam meam decimam cum iamdictis mille .c. solidis tantum. Et ideo de meo iure ac potestate cum hac presenti scriptura in tuum trado dominium et potestatem ad omnem tuam tuorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, omnibus meis uocibus et racionibus et meorum in tuum dominium et potestatem perpetuo extinctis penes te remanentibus. Et ut hec uendicio maius robur obtineat et omnis dubitacio remoueatur, proprio motu et absque aliquo imperio iuro super sacrosancta .nu.or Dei Euangelia meis propriis manibus tacta quod contra hanc uendicionem ego uel aliquis per me de cetero nullo tempore ueniamus, sed firma et irreuocabilis in tuum dominium et tuorum omni tempore maneat, et per me et per omnes meos conuenio tibi et tuis semper facere habere et tenere in pace predictam decimam, et ut simus tibi et tuis deffensores et guarentes contra cunctam personam. Et si aliquo iure scripto uel non scripto, legali uel diuino siue humano in futurum huic uendicioni(sic) contractui obuiam ire possemus, illi iuri omnino renuncio. Et ego Guilielmus de Monteacuto, per me et per omnes meos presentes atque futuros laudo et concedo tibi Bernarda de Ciiario iamdicto et tuis in perpetuum prephatam decimam sicut superius scriptum est, et ut faciam illam sempre tibi et tuis habere et possidere in pace et sim inde tibi et tuis deffensor et guarent contra omnes alios dominos, saluis tamen illis seruiciis quos inde mihi debetis facere, et propter hoc confiteor me a te numerando recepisse .cec. solidos denariorum barchinonensium. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .V. idus ianuarii anno Domini millesimo .cc.

Sig+num Arnalli Arberti de Midiniano, sig+num Guilielmi de Monteacuto, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Berengarii de Fabariis. Sig+num Petri de Pariete Ruffino. Sig+num Petri de Scala. Sig+num Petri Laurencii. Sig+num Bernardi de Canale. Sig+num Guilielmi Surici. Sig+num Raimundí de Midiniano, qui hoc laudo et firmo.

Bernardus Stephani, qui hoc scripsi cum litteris suprapositis in .x. linea.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 159-160